

9904, 9915. No: 1116.
1790, 14.

S E L E C T A E IVRE VARIO C A P I T A ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE P R A E S I D E IOSIA LVDOVICO ERNESTO PVTTMANN

PRO OBTINENDIS
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
A. D. XXI. OCTOBR. MDCCXC
H. L. Q. C
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMISSA

A
IVSTO CHRISTIANO GVNTEZZO
ADVOCATO DRESSENSI

L I P S I A E
EX OFFICINA JACOBAEERIA

LIBRARY
OF THE
CITY OF
ST. PETERSBURG
FOR THE
EDUCATION OF
THE YOUTH
OF THE
COUNTRY
AND
THE
PROFESSIONAL
CLASSES
IN
THE
CIVIL,
MILITARY,
MEDICAL,
TECHNICAL,
AGRICULTURAL,
ARTS,
AND
SCIENCE.

CAPVT I.

Vtilitatis publicae et priuatae concentus, maximum legislationis artificium.

Qui de arte remp. bene administrandi, legesque bonas et ciuibus salutares ferendi, praeclara multa proposuit, omnesque ante ipsum eodem in argumento versatos longo post se interuallo reliquit, CAETANVS FILANGIERIVS, Eques nuper Neapolitanus a), principio statim operis sui praestantissimi omnibusque laudibus superioris (*Lib. I. c. 12.*) monuit, totius legislationis cardinem in eo maxime verti, vt priuata vtilitas coniungatur et in ordinem quasi redigatur cum publica. Quod cum primum legerem, subobscurum mihi fereque paradoxon esse videbatur, quippe qui saepius intellexeram, vsum, omnium rerum magistrum, haud raro ab hoc praecepto recedere, multaque singulorum ciuium vtilitati etsi aduersa, nihilominus recip. salutaria, eamque ob causam illi paeferenda existimari. Quid, quod non modo veteres apud scriptores b) saepenumero videram hancce proponi

a) De cuius vita vid. *Elogio del Caualiere Filangieri*, Neapoli 1789. item que Gedächtnischrift auf den Ritter GAETANO FILANGIERI, von Don. DONATO TOMMASI, a. d. Italienischen übersetzt von M. FRIEDRICH MÜNTER, Anspach 1790. 8.

b) E. g. apud CAESAREM de B. G. VII, 14.

A



proponi regulam, salutis publicae causa rei familiaris com-
moda esse negligenda, sed vel ipsis in legibus, e. g. l. 3. C. de
primipil. eandem inculcari memineram c). Enimuero, re
adcuratus considerata, FILANGIERIVM hac certe parte ni-
hil noui dixisse, sed tantummodo praeceptum a veteribus
quasi per manus traditum repetuisse intellexi. Quid enim?
Nonne idem iam suggesgit CICERO de Off. III, 2. Vnum debet
esse omnibus propositum, ut eadem sit vtilitas vniuersusque et
vniuersorum, quam si ad se quisque rapiat, dissoluetur omnis
humana confortio, itemque cap. 8. Ea lege natus es, ut vtili-
tas tua communis vtilitas sit, viciissimque communis vtilitas tua
sit, nec non cap. 17. Poteſt autem, quod inutile reip. sit, id
cuiquam ciui vile esse? Ex recentioribus praeter FILANGIE-
RIVM eidem sententiae subscriptibunt HELVETIVS in egre-
gio de ingenio opere II, 22. et Abbas RAYNALIVS in libro,
Pictura s. Imago Europae inscripto p. 7. Neque profecto
summa fine ratione viri docti ita sentiunt. Cum enim, vt
iam alii ostenderunt, vtilitas omnium actionum humanarum
finis ac regula sit, ideoque nihil libenter faciant homines,
quod suae aduerfari vtilitati existimant, quid quaeso ad ciues
in officio continendos aptius erit et efficacius, quam persua-
ſio, quaecunque ipsis praescribuntur, sua cum vtilitate omni
ex parte conuenire? Quid magis eosdem abstinebit a maleſi-
ciis, quam si illis persuadeas, delicta non ideo mala esse, quia
legibus vetantur, sed ideo legibus vetari, quia per se mala
veraeque illorum vtilitati contraria sunt? Praeclare HELVE-
TIVS l. c. Si suam quisque salutem inclusam in salute publica d)
esse viderit, non erunt facinorosi, nisi stulti, omnesque sana ra-
tione praediti sua sponte virtutem colent. Quam bene cum
genere ageretur humano, si, quod nunc pauci propter me-
tum

c) Verba l. sunt Publica vtilitas praeferenda est priuatorum contrariis.

d) Ita fere CIC. pro Rege Deiotar. c. 4.

❧


tum faciunt, omnes verae, non opinatae, suac vtilitatis causa a se iplis facerent? Nolo hic repetere, quae de timore, haud diurno officii magistro, dudum alii in medium protulerunt. Non possum tamen silentio praeterire, quod in eandem sententiam CICERO scribit de *Off.* II, 7. *Malus est custos diurnitatis metus*, nec non *Paradox.* V, 1. *Quid est enim libertas?* *Potestas viuendi, ut velis.* *Quis igitur viuit, ut vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via considerata atque prouisa est?* *qui legibus quidem non propter metum paret, sed eas sequitur atque colit, quia id salutare maxime esse iudicat.* Nae enim, ut CLAVDIANVS XX, 50. ait, omne futurum, sive etiam poena,

*Despicitur, suadentque breuem praesentia fructum,
Et ruit in veritum damni secura libido,
Dum mora supplicii lucro, serumque, quod instat,
Creditur.*

Maneat igitur hoc, vtilitatem publicam nunquam a priuata, nec priuatam a publica separandam, sed vtramque, quantum eius fieri possit, in concentum redigendam esse.

Sed facilius, inquis, hoc dici, quam reapse fieri aut effici potest. Evidem est si difficile id esse haud nego, propterea quod, ut CICERO ait, vtilitatis specie in rep. saepissime peccatur, nequaquam tamen id inter ea, quae fieri plane nequeunt, retulerim, persuasus, difficultates omnes, modo rem recte instituas, superari feliciter posse. Optime autem hoc procedet, si, cum qui imperant, tum qui parent, vtilitatem veram ab opinata, seu a specie vtilitatis, recte distinguere didicerint. Ac imperantes quidem, vt est apud STOBAEVM, maxime haec tria meminisse oportet, scilicet primo hominibus, deinde secundum leges, et denique non semper se imperare. Si omnes, qui vñquam ad clauum federunt,

A 2



sibi hoc dictum existimassent, quot quaeso infortuniis, quot miseriis, quot funestissimis bellis carere gens humana potuisse? Sapienter CICERO ad Att. VIII, 2. Ut gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic moderatrici resp. beata ciuium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis, maximi inter homines atque optimi, illum esse perfectorem volo, idemque ad Quint. fratr. Ep. I. Ac mihi quidem videntur buc omnia esse referenda iis, qui praefunt aliis, ut ii, qui erunt eorum in imperio, sint quam beatissimi, nec non AMM. MARCELLINVS XXIX, 2. Imperium est cura salutis alienae; idque non modo ad pacem, sed etiam ad bellum quod attinet. Ac bellum quidem (si scilicet bello opus sit) ita suscipient, ut nihil aliud, nisi pax quaesita videatur e. Eleganter TRAIANO suo PLINIVS in Panegyr. c. 6. Non times bella, nec prouocas, itemque AVGVSTVS apud AVR. VICTOR. in Epit. cap. I. Iactantis est ingenii et leuisimi, ardore triumphandi et ob lauream coronam, i. e. folia infructuosa, per incertos eventus certaminum securitatem ciuium in discrimen praecipitare. — Armaque, nisi maioris emolumenti causa, nequaquam mouenda, ne compendio tenui, iactura graui, petita victoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissaque detrimentum nullo capturae lucro pensari potest. SELIMVM II. Turcarum quondam Imp. ferunt, non alia de causa bellum Venetis intulisse, quam vt Cyprum, cuius vinum maximopere collaudari audierat, illis eriperet; et quot non alia eiusmodi proferri possent exempla, si superiorum memoriam

e) Bella, ait CIC. de Off. I, 12. suscipienda sunt eam ob causam, ut sine iniuria in pace viuatur, verisimeque METELLVS apud SALLVS STIVM de B. I. cap. 83. Omne bellum sumi facile, ceterum aegerrime desinere: non in eiusdem potestate initium eius et finem esse: incipere ciuius etiam ignau licere; deponi, cum viatores velint. Quot autem non solam dominandi lubidinem belli causam habuere?

moriā temporū replicare fastosque mundi euoluere volūpe esset f).

Praecipue autem pacis tempore ita bonus regnabit princeps, ut priuatus ipse regi se velit g). Tributa vestigaliaque non nisi quatenus necesse est ciuiumque patiuntur vires, exiget, satius ex̄st̄mans, aurum habentibus, quam auro ipsi imperare. Eleganter dixit, nescio quis, tributa a ciuib⁹ soluenda similia esse debere humoribus, qui pedetentim a radiis solis in altum trahuntur, post autem aliquanto per pluviam frugiferam leniter in terram recidunt. Nec male alius populum cum corporis humani pedibus comparauit, quibus titubantibus corpus ipsum recte valere haud possit. Quodsi iam ad ipſas, quibus ciues obsequium praestare debent, leges perueniamus, id maxime bonus cauebit princeps, ne ciuum libertatem magis, quam necesse est, salusque publica exigit, restringat h), animoque s. mper infixum teneat, nec pulchrum esse, nec gloriosum, imperare seruis, qui nihil ex animi sui sententia facere possint, sed omnia ad praescriptum agere necesse habeant. Male in historia audit CLAVDIUS Imp. quippe de quo SVETONIUS in vita eius c. 16. Fuerunt et illa in censura eius notabilia, — quod uno die XX. edita proposuit. Sane nimia legum, sibi saepe contrariarum, ex multitudine, quas ne perfectissimus quidem ictus, nedum indo-

A 3

ctus

f) CAESAREM, CLEOPATRAE adductum amore, bellum haud necessarium suscepisse, nonnulli olim dixerunt. PLVTARCHVS in Caef. inter eius vitas parallelas Vol. IV. p. 151. edit. quae Londini 1723. prod.

g) Ita de ANTONINO PIO CAPITOLINVS in vit. eius c. 6. Imperatorum fastigium ad summam deducit ciuitatem, Senatique defert tantum, quantum, cum priuatus esset, deferri sibi ab alio principe optaret.

h) Durum enim, inquit SENECA Troad. v. 907. et inuisum, et graue est, feruita ferre.



Etus et a foro alienus in numerato habere omnes queat, non potest non summa iuris oriri incertitudo, qua quidem nihil reip. perniciosius est. Sed nec eiusmodi iuvant leges, quae mere sunt arbitriae, et a naturali ratione nimis deflectunt, ut iam monuit PLATO in *Gorgia*, Vol. IV. p. 81. edit. Bipontinae, anno 1783. in lucem emiss. At si quis praefstantis naturae vir exsurgat, ac litteras, fascinationes, incantationesque huiusmodi vestras pessimandas atque discindens, legesque omnes, quae desciscunt a natura, subvertens et conculcans, ceteris dominetur, in eo iam naturae ipsius ius effulgeret. Misericordia saepe subiit animum meum, quoties intellexi, leges nonnullis locis ex ciuibus, hominibus libere natis, facere seruos, quibus nec caput, nec pedes mouere, nisi ex praescripto, fas sit. Sed cum de legibus ciuium libertatem nimis restringentibus Praeses huius diff. iam alibi (*in Opusc. iur. crim. p. 336. sq.*) vberius exposuerit, actum non agam, nec cramben recoctam lectoribus apponam.

Multum autem ad leges sanctius seruandas faciet, si princeps, legibus ciuilibus eti solutus, nihilominus ipse iis sponte sese submittat. Verissime SIDONIUS APOLLINAR. Carm. V. 557.

Tum cetera paret

Turba libens, seruit propriis cum legibus auctor,

vereque imperatoria vox est D. SEVERI ET ANTONINI, quae legitur in §. 8. I. Quib. mod. test. inf. Licit legibus solvi simus, artamen legibus vivimus. Quid, quod pulchrum habebitur et gloriosum, si princeps causis in controuerfis coram curiis a se ipso constitutis experiatur, quod in LUDOVICO XIV. Galliae quondam rege, merito hocce laudatur epigrammate i).

Regem

i) Quod legitur in I. C. VAN. WACHENDORF Triad. diff. (*Trai. ad Rb. 1730*) p. 187.

= = = = =

*Regem inter populumque ingens de diuite fundo
Lis erat; euenius vrbs male tuta timet.
Scinduntur varii studia in contraria Patres;
Rex propria, semet iudice, lite cadit.
Vinci dum voluit, potuit dum vincere, Patrem
Se populi, Regem se probat esse sui.*

Praeclara etiam laus est, quam in **TRAIANVM** confert **PLINIVS Paneg. c. 36.** *Quae praecipua tua gloria est, saepius vin-
citur fiscus, cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono prin-
cipe.*

Neque vero securitati tantum et tranquillitati, sed felicitati etiam ciuium a principe prospiciendum est, quod optimo fiet, si ipsis occasio, qua ditescere fortunasque suas augere queant, suppeditetur, omniaque impedimenta e medio tollantur ac remoueantur. Quam in rem audire iuuabit **BALTH. BRANCHIVM** in *disc. polit. de rat. ditand. ciuitat.* qui legitur in eius *Obs. ad I. R. decad. II. p. 66.* Inter modos ditandae ciuitatis hoc maxime pertinet, si princeps operam det, ut exterorum opes in terras suas inuehantur, nec ciuius ullus patrias opes uehementer cupiat. Id autem obtinebit, si artes ita augeri et excoli curet, ut rudes materiae, vili pretio inuediat, arte pretiosae factae, rursus inuehantur; si scientias ita promoveat, ut earum addiscendarum cauilla diuites peregrini inuentur; si denique ditiones suas usquequaque amoenissimas, libertate summa lasciuientes, ac sanctissima iustitiae obseruacione tam tutas efficiat, ut peregrini opes suas eo comportare, ibique amoenam, placidam ac tutam vitam, frustra alibi quaerendam, transigere maximopere optent. Praecipua inter commerciorum (quorum ope ciuitas maxime efflorescit) impedimenta haud iniuria referuntur *monopolia*, vt pote quibus pauci multorum cum incommodo ac detimento ditescunt, fisco



fisco autem non nisi temporaria opinataque adseritur vtilitas, quod iam veteres animaduerterunt Imp. ceu patet ex l. vn. C. de monopol. qua de lege erudita exstat CAR. ERSKINE diff. Rom, 1783. typis excusa k).

Fere praeteriisse curam a principe ciuibus etiam egenis impendendam, quae tamen minime praetereunda est. Hi quidem aut opus facere adhuc possunt, sed faciendi carent occasione s. copia, aut tam debiles sunt atque infirmi, vt laboribus vacare, eoque vitam tolerare amplius nequeant. Illis, ne nihil agendo male agere discant, occasio opus aliquod faciendi suppeditanda, quod in prouincia, vbi artes, commercia, et opificia vigent, haud difficile erit; hi autem, ne mendicare cogantur, publicis sumtibus alendi sunt, quam in rem legi omnino meretur egregia 10. MAC FARLANI super egestate eiusque causis atque remediis disquisitio, a Cel. GARVIO in linguam vernaculam versa l).

Sed restat altera huius scriptionis pars, ad vtilitatem publicam a ciuibus promouendam pertinens. Sunt fane multi, ne dicam plerique, in falsa hac persuasione, vt sibi solis se viuere nihilque reip. debere opinentur; vnde non potest non fieri, vt non modo de libertate admodum peruerse sentiant,

sed

k) Praeclare CICERO de Off. I, 25. Omnino, qui reip. praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant: unum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agunt, ad eam referant, obliiti commodorum suorum; alterum, vt totum corpus reip. current, nec, dum partem aliquam tamen tur, reliquias deferant. Vt enim tutela, sic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissi, gerenda est. Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.

l) Vid. 1. MAC FARLAN'S Untersuchungen über die Armut, die Ursachen derselben, und die Mittel, ihr abzuhelfen, a. d. Engl. übersetzt, und mit einigen Anmerk. und Zusätzl. begleitet von C. G A R V E, Leipzig, 1785. vna cum append. Conf. etiam Abbatis COYERI Neue Bemerkungen über England pag. 37.

=

sed onera etiam publica studiose defugiant, omniaque, quantum fieri possit, ad se rapere studeant. Ego vero plane persuasus sum, eos, qui ita sentiunt itaque vitam instituunt, speciem utilitatis vera cum utilitate confundere, dataque veluti opera aduersus sua commoda stare. Verissime *CICERO de Off. I, 7.* *Homines hominum causa sunt generati, ut ipsi inter se alii alii prodeesse possint;* fierique non potest, quin is, qui ipse nemini opitulatur, vicissim ab aliis frustra opem atque auxilium expectet. Nec vera hominum in ciuitatem congregatorum libertas in facultate faciendi omnia, quae velis, sed in eo potius, ut legibus quisque pareat, iusteque viuat atque honeste, consistit m). Nae, ut exempla vel nouissima docent, miserrime viuitur, vbi

*Procax libertas ciuitatem miscuit,
Frenumque soluit pristinum licentia.*

Actum est, illicet; quando cuius impune licet peccare, nemoque necesse habet timere ultorem gladium, qui demum retinere in officio potest homines facinorosos.

Tributa aequa et necessaria soluere nemo bonus detrauerit, quippe qui meminit, principis sese gaudere tutela, eiusque opera securum se viuere a malorum assultibus; postremo, hac lege se ciuitati nomen dedisse, ut ad communem utilitatem aliquid conferat, nec suis tantum commodis, sed saluti etiam communi inseruiat. Quam minime autem tributorum vectigaliumque solutionem detrectare decet viros doctos et eruditos, praecipue philosophos, ceu iam moruit *VLPIANVS* in *I. 8. §. 4. D. de vacat. Philosophis, qui se frequen-*

m) Eleganter *CIC. pro Cuent. c. 53.* *Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possumus.* Conf. I. C. *RUCKERI Or. de libertatis praesidio, iure ciuili,* in eius Opusc. L. B. 1749. edit. pag. 334.



frequentes atque viles per eandem studiorum sedam contenden-
tibus praebent, tutelas, item munera firdida corporalia remitti
placuit: non ea, quae sumtibus expedituntur. Etenim vere
philosophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendae cupidine
fidam adseuerationem detegunt. Nae vehementer errant, qui,
dum omnia ad suum duntaxat referunt commodum, nihil
que aliorum aut reip. causa faciunt, veram suam promouere
vtilitatem opinantur. Quod enim tu aliis feceris, tibi faci-
ent vicissim, nec facile quisquam eius inseruiet commodis,
a quo se ipsum aut contemni aut neglgi intelligit. Omne
hoc, inquit SENECA Ep. 25. quod vides, quo diuina atque
humana conclusa sunt, vnum est: membra sumus corporis
magni: natura nos cognatos edidit, cum ex iisdem et in
eadem gigneret. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat:
Mihimet ipsis prosum, cum aliis inseruio aut reip.

Sed vt in eo, vnde exorsa est, finiat oratio, maneat
hoc, eam demum felicem esse remp. in qua et imperans ci-
vium causa se imperare meminit, et ciues nihil, quod non
publice etiam profit, sibi vere prodesse existimant, nec vn-
quam villas, signa, tabulas suas pluris, quam remp. faciunt.
Finio iam, et si non verbis, sententia tamen RISBEKII n)
sane quam verissima et optima: Princeps non potest melius
suis studere commodis, quam si voluntatem suam tanquam
summam votorum omnium, aut maioris saltem partis ciui-
um suorum consideret. Veram vtilitatis principis parentium-
que pugnam ne cogitando quidem fingere licet. Nam, si
recte rem aestimes, non nisi errori falsaque debetur persua-
sioni.

n) In libro, qui inscribitur Briefe eines reisenden Franzosen über Deutschland, P. I. p. 377. Malam reip. administrationem non modo inertiae ci-
vium, sed haud raro scelerum etiam causam esse, innumeris constat exem-
plis, quibus noua nuper nonnulla addidit I. H. BARTELS in d. Brie-
fen über Calabrien und Sizilien, P. I. p. 173 et 176.

fioni. Nec facilius princeps amorem ciuium sibi conciliauerit, quam iisdem persuadendo, ipsorum salutem finem ac regulam suae esse legislationis aequae ac administrationis, quod reapse etiam esse debet, nisi suis ipse aduersari commodis velit. Verbo: utilitas sanctissimum est, quo homines inter se colligantur, vinculum, nec aliunde, quam a recta eius aestimatione, pendet hominum salus.

CAPVT II.

De delictis, quae consuetudine excusantur.

Saepenumero ex commentariis s. actis iudicialibus, super criminum causis concinnari solitis, quorum profecto largissima in foro seges est, perspexi, inter excusationes, quas sonates suis praetexere solent maleficis, hanc etiam fuisse, vt dicerent, aliena secutos se esse exempla, nihilque fecisse, quod non quotidie fieri multis ab aliis intellexissent; rogatos autem, annon id ipsum, quod fecissent, legibus prohibitum esse nouissent? respondisse, aliorum idem facientium impunitate in eam se deductos esse opinionem, vt leges illas non amplius valere, sed dudum antiquatas esse existimarent. Ita cum nuper mulier quaedam, recens vxor facta, festinati s. vt vulgo loquuntur, anticipati concubitus insimularetur, ideoque a iudice interrogaretur, factum quidem absque difficultate confitebatur, sed hac vtebatur excusatione, plures fese habere sorores, quae ante se idem fecissent, quarumque nulla ideo in quaestionem incidisset, nendum poenam peper-



disset a). Alia nimium ob cultum vestitumque conditioni suae ex praescripto legis vestiariae b) haud conuenientem, in quaestionem vocata, re haudquaquam negata, vicissim ex iudice quaerebat, hodiene demum oculis vti inciperet, eundemque cultum atque vestitum antea in aliis suae conditio-
nis mulieribus haud conspexisset? Equidein sententiam ro-
gatus, generatim, quatenus delicta consuetudine aliorumque
impunitate excusentur, cogitare, paulloque accuratius eam
in rem inquirere coepi, cuius disquisitionis summam in praef-
senti vobiscum L. B. bona gratia vestra communicare con-
stitui.

Ac principio quidem monere iuuabit, consuetudinis verbo nos haudquaquam hic intelligere prauos mores, quos ipsi pedetentim contraxere rei, propterea quod culpa propria nemini debet patrocinari, nedum delicti veniam alicui conciliare. Ita vidi, nonneminem, cuius nomen propter verba impia sparsaque conuicia delatum fuerat, hocce vti ob-
tentu, malo hoc more a puero se vsum esse, vt, quid diceret,
nihil pensi haberet. Mulier quaedam, furta XXIV. confessa
interrogataque, quid tandem esset, quod toties recto a tra-
mite deflexisset, nihil aliud dicebat, nisi hoc, a prima setate
malam hanc sibi adhaerere consuetudinem, vt, si furandi
adfit occasio, manus abstinerre haud possit, sed hae, ipsa
etiam inuita, vltro sese moueant rebusque alienis inhaeref-
tant, itaque furari iam ex consuetudine in naturam sibi ver-
tisse. Quis autem eiusmodi ineptas admittet excusationes,
quae si locum inuenire deberent, nihil tam scelestum esset
tamque

a) Legerat fortasse Penelope illa Cel. FISCHER i Commentat. de noctibus exploratoriis puellarum rusticarum in Germ. quae Berolini 1780. lingua vernacula prod. De anticipato concubitu valde ieiuna exflat H. BODI-
N i diff. Halae 1701. typis excusa.

b) Der Kursächs. Kleiderordnung d. a. 1750. in S. C. A. T. I. p. 749.

tamque nefarium, quod praetextum aliquem inuenire facile
haud posset?

Sermo igitur hic nobis est de consuetudine aliorum,
prauisque moribus publicis, quippe a quibus haud raro vel
optimae vincuntur leges; qua de re iam questus est PLAV-
TUS Trin. IV, 3. 30.

*Mores leges perduxerunt iam in suam potestatem,
Magis queis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.
Eae miserae etiam ad pariem sunt fixae clavis ferreis,
Vbi malos mores assigi nimio fuerat aequius.*

Quantum vtramque in partem, qua bonam, qua ma-
lam, valeant exempla, sciunt omnes, qui vel leuiter in vitas
hominum inspiciunt. Serpunt quippe vitia, et in prox-
imum quemque transiliunt, contactuque nocent. Mollissime
suadetur exemplis, cumque maxima hominum pars luben-
tius ad mala, quam ad honesta legibusque consentanea fera-
tur, dici vix potest, quam facile exempla etiam pessima suos
inueniant imitatores. Sunt enim multi in imitando adeo
seruum pecus, vt, si quid ab aliis fieri videant, illico inde
exemplum sumant, quo facere sibi licere id, quod alii fece-
runt, putent, cumque Chaerea Terentiano dicant:

— *Quia consimilem luserat
Iam cliv ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi.
Ego homuncio hoc non facerem? — —*

Verissime SENECA de Clem. I, 22. Facit consuetudinem
peccandi multitudi peccantium, idemque de Ben. III, 16. Pudo-
rem rei tollet multitudi peccantium, et definit esse propri loco
commune maledictum. Numquid iam villa repudio erubescit,
postquam illustres quaedam ac nobiles feminae non consulim nu-
mero, sed maritorum annos suos computant, et exeunt matri-
monii

monii causa, nubunt repudii? Tam diu iſtuū timebatur, quam
diu rarum erat. Quia vero nulla sine diuortio acta sunt, quod
saepe audiebant, facere didicerunt.

Haud minus notum est, maximam peccandi illecebram
spem esse impunitatis, nullumque improbis et audacibus for-
tius ad malefaciendum calcar esse, quam si videant, poenam
absuisse et licentiam consecutam esse. Spes, inquit SYMMAT-
CHVS Ep. III, 7. saepe alitur exemplis, et placitum esse praefun-
dum, quod aliis iam placuisse gaudemus, idemque X, 51.
Moribus scœuis familiare arque cognatum est, armare spiritus
impunitatis exemplo. Cur enim secundum desperet effugium,
qui laqueos criminis prioris evasit?

Quid igitur mirum, inquit homines maleferiati,
si nos quoque viam ab aliis iam calcatam iniuiimus, nos-
que a torrente quasi abripi passi sumus? Pulchra, ita sim felix!
oratio, hominibusque, nihil nisi externam hominis spe-
ciem habentibus, dignissima. Quasi scilicet non QVINTI-
TIANVS I, 5. iam monuisse: Si ex eo, quod plures faciunt,
consuetudo nomen accipiat, periculissimum dabit praeceptum,
non orationi modo, sed, quod magis est, vitae. Quasi non in
l. 39. D. de Leg. iam CELSVS praecepisset: Quod non ratione
introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtinentum
est, in aliis similibus non obtinet. Iam cum, vt CICERO ad
Diu. VII, 32. ait, tanta in vrbe sit faex, vt nihil tam ἀνθρώποι
sit, quod non alicui venustum esse videatur, probe terere
oportet omnes, quod DIS. XI. 4. sapienter prescriptum est:
Prauus vsus legem et rationem vincere non potest c).

Itane vero, inquis, nullam plane vim ad leuandam de-
lictorum poenam habet consuetudo fontiumque, antea qui
fuerunt,

s) Facit hoc etiam l. 2. C. quae sit long. consu. Consuetudinis ususque lon-
giori non vilis autoritas est, verum non usque adeo sua valitura mo-
mento, vt aut rationem vincat, aut legem.

fuerunt, impunitas? Nec hoc ego dixerim. Habet certe interdum, certisque sub conditionibus, in quibus breuiter enarrandis nunc cum maxime versabor.

Ac primum quidem inter maleficia legibus naturalibus contraria, eaque, quae non nisi lege ciuitatis prohibita sunt, distinguere conuenit d). Sana enim docet ratio, id, quod iure naturali s. lege cordibus hominum inscripta interdictum est, nulla consuetudine contraria iustum et aequum fieri posse. Profecto haec praecepta: *haud moechaberis, haud furaberis*, ita comparata sunt, ut nullo a homine, sana ratione praedito, ignorentur, nullaque lege aut more ciuitatis deleri mutariue possint. Quamuis igitur quotidie a quam pluribus contra ea peccetur, nac tamen frustra esset, qui in eiusmodi delictis aliorum exemplo sese defendere auderet. Quin, cum hoc ius ipsa natura omnes homines docuerit, legibus ciuibibus eam in rem ne opus quidem est, sed locum hic invenit illud PROPERTI^{II} IV, 12. 47.

*Mi natura dedit leges a sanguine ductas,
Nec possum melior iudicis esse metu.*

Quodsi persuaderi homines sibi paterentur, quaelibet sclera atque flagitia verae ipsorum utilitati quam maxime contraria esse, sane paucissimi inuenirentur, qui recto a tramite deflecerent, idque, quod ipsis vtile esset ac salutare, negligenter. Errant profecto, magnopere errant, qui solum poenarum

d) Ita inter probra sua natura, factaque non nisi more ciuitatis turpia distinguit C I C. de Off. Lib. III. c. 17. nec non V L P I A N V S in l. 42. D. de V. S. Probra quaedam natura turpia sunt, quaedam ciuiliter et quasi more ciuitatis: ut puta furtum, adulterium, natura turpe est: enim uero tutelae damna, hoc non natura probrum est, sed more ciuitatis: nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere; ad quam l. conf. A B R. WIELINGII Lect. iyr. ciu. Lib. I. cap. 9.



narum metum praecauendis delictis sufficere, malorumque
cruiciatibus et lacerationibus omnia effici posse existimant.
Sapienter Micio apud TERENTIVM Adelph. I, i.

*Mea sic est ratio, et sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet,
Si sperat clam fore, rursum ad ingenium redit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.*

Quisquis homines (malos scilicet, de bonis enim hic non
quaerimus,) nouit, ille haud ignorabit, plerosque sibi ad-
modum placere, si repetendo vetus illud: *Non feci, non cog-
itau, falsi testes, fictum crimen, fallere iudicem eique fu-
cum facere possint. Sin poenam effugere se haud posse prae-
vident, in consilium secum eunt, commodumne, ex faci-
nore quod sibi promittunt, poenae incommodo preeponde-
retur, an secus: et si hoc sentiunt, libenter poenae fese sub-
mittunt, modo voti sui compotes fieri possint, cuius rei me-
morable exemplum refert ASC. PEDIANVS in arg. *Milonia-
nae* p. 181. edit. quae L. B. 1644. prod. Milo, ut cognouit vul-
neratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam viuo eo futu-
rum intelligeret, occiso autem magnum solarium effet habiturus,
etiam si subeunda effet poena, exturbari tabernam iussit. Haec
omnia autem longe aliter fese haberent, si homines utilita-
tem veram ab opinata distinguere dissererent, et persuaſum
sibi haberent, nullum posse malum esse felicem, verissime-
que dixisse SALVIANVM de gub. Dei, Lib. I. Soleant quam-
vis esse nonnulli, qui turpia seculantes iuxta opinionem suam
beati sunt, quia adipiscuntur, quod volunt, re tamen ipsa beati
non sunt, quia, quod volunt, nolle debuerunt. Mirum pro-
fecto, homines, utile noxio ut preeferant, interdum vel co-
gendos*

gendos vique ad gendos esse. Sed veniam iam ad alteram
 disputationis nostrae partem, quae scilicet ad delicta legibus
 tantum ciuilibus contraria pertinet. Ex his legibus quae-
 dam ita comparatae sunt, vt non perpetuae, sed temporariae
 tantum necessitatis causa latae fuerint; atque haec non pos-
 sunt non cessante hac necessitate sua sponte euanescere. Egre-
 gie LIVIVS 34, 6. *Ego quemadmodum ex his legibus, quae non
 in tempus aliquod, sed perpetuae utilitatis causa in aeternum
 latae sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus
 coarguit, aut status aliquis reip. inutilem fecit, si quis tempo-
 ra aliqua desiderarunt leges, mortales et temporibus ipsis mu-
 tabiles esse video.* Quae in pace latae sunt, plerumque bellum
 abrogat, quae in bello pax: vt in nauis administratione alia in
 secundam, alia in aduersam tempestatem usui sunt. Quid au-
 tem de illis dicemus legibus, in quibus sanciendis Princeps
 perpetuam omnino utilitatem ante oculos habuit? Potestne,
 qui eas violauit, hac vti excusatione: Legem, a iudice saepe
 numero neglectam, aut sublatam, aut usu faltem contrario
 abolitam esse putauit. Quidni igitur veniam merear, qui se-
 cerim, quod multis ab aliis impune fieri animaduerti? Intricata
 sane quaestio atque difficultas! et quae tamen magnum
 saepe in puniendis reis momentum habere possit. Ut au-
 tem, quid mihi ea de re videatur, breuiter dicam et sine am-
 bagiis, ita statuo: Qui contra legem mere ciuilem, a iudice
 sciente atque vidente diu multumque neglectam, aliquid ad-
 mittit, is, si legem haud amplius valere existimauit, itaque
 bona fide errauit, vtique nonnihil excusandus, certe poena
 ordinaria haud plectendus videtur. Pertinent autem hoc
 in primis leges, quibus status ciuilis, politiam vulgo vocant,
 ordinatur, quaeque temporibus, ingenio et moribus ciuium
 attemperandae, ideoque sua natura multis mutationibus ob-
 noxiae sunt, e. g. leges sumptuariae, vestiariae, iusoriae, foe-
 nebres,



nebres, mercatoriae, et generatim omnes super ciasmodi rebus latae, de quibus ius naturale nihil praecipit. *Natura-*
liter quippe cuiuslibet arbitrio relictum est, qualem facere sumtum, quibus vti vestibus, cuiusmodi ludis otium fallere, quibus conditionibus nummos suos collocare in foenore, quale pretium rebus suis statuere velit. Nolo in praesenti veterem illam repetere quaestione, legibusne sumtuarii, quo etiam vestiariae pertinent, opus omnino sit in rep. qua quidem in re viri docti valde dissentient e). Ut cunque autem sit, nemo, opinor, negabit, quidquid super eiusmodi rebus sanctum est, nequaquam praeceptis iuris naturalis, sed mero imperantium deberi arbitrio. Tantum vero abest, vt utilitatem legum aleam prohibentium modumque usurarum definientium, in dubium vocare audeam, vt ipse etiam de earum necessitate persuasissimus sim f). Nec me praeterit, quod scribit M. PORCIUS CATO de re rust. cap. I. *Maiores nostri sic habuerunt, et ita legibus posuerunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli.* Quanto peiorem ciuem existi-

e) Grauiter contra luxum nuper dixit Abbas PLVQVETVS in d. Philosophisch-Politischen Versuch über den Luxus, qui in lingv. vern. versus prod. Lipsiae 1789.

f) Haud igitur subseribo *Auctori* der Vertheidigung des Wuchers, a. d. Engl. deutsch herausgegeben von I. A. EBERHARD, Halle 1788. Sed nec adspiculi possim CAR. FEEAE in *Vindic. et Obs. iur. Romae 1782. edit. cap. III.* vbi omnes usuras, tanquam iniquas atque iniustas, damnat ac reprobat. Melius auctor libri: *Observations sur les intérêts d'argent prêté à terme*, par M. CLEMENT DE RIS, inscripti, et Geneuae 1784 editi, Viennae nuper quaestione: Was ist Wucher, und durch welche Mittel ist demselben ohne Strafgesetz am besten Einhalt zu thun? vna cum praemio ei, qui illam optime soluerit, cesturo, publice propositam fuisse, in litteris publicis legitimis; et hoc ipso anno ibidem prodicere cel. IOS. DE SONNENFELS Commentat. II. über Wucher, Wuchergesetze, und die Mittel, dem Wucher Einhalt zu thun. Ceterum contra leges foenebres, itemque lusorias, disputat CAIETAN. FILANGIERIVS in *Syst. legislat. P. IV.* p. 701. sq. edit. germ.

= = = = =

existimarent foeneratorem, quam furem, hinc licet existimari.

Ad pretium rerum vendendarum quod attinet, omnes facile concedent, hoc itidem natura liberum esse, iusque naturale de emtione venditione ob laesionem vel maximam rescindenda (modo fraus absit et dolus) nihil praecipere. Quisque optimus rerum suarum est arbiter, nemoque ipso melius aestimare potest, quanti emere aut vendere expediat. Id ipsum, ni fallor, etiam agnouit POMPONIVS apud VLPIANVM in l. 16. §. 4. D. de minor. In pretio emtionis et venditionis naturaliter licet contrahentibus se circumuenire, i. e. quod pluris sit, minoris emere, et quod minoris sit, pluris vendere, itemque PAVLVS in l. 22. §. 3. D. loc. cond. *Quemadmodum in emendo et vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, et inuicem se circumscribere: ita in locationibus quoque et conductionibus iuris est.*

Ita vero nec venditionem frugum, vt dicunt, in herbis, nec coemtionem annonae aut aliarum mercium, eo animo, vt pluris vendantur, sine dolo malo factam, iure naturali illicitam esse existimo, qua de re nemo, spero, dubitabit, qui IUSTI MOESERI Meditat. (Patriot. Phantaſ.) II, 22. legerit.

Fac igitur, offendisse aliquem contra legem mere ciuilim, diu neglectam, cundemque, cum hanc legem aut plane ignoraret, aut vsu contrario dudum oblitteratam g) exige-

C 2

stimaret,

g) Confuetudinem tollere etiam legem priorem, ex §. n. I. de I. N. G. et C. nec non l. 32 §. 1. D. de Leg. notum, nec iure ciuali, quot annis et aetibus ad confuetudinem introducandam opus sit, decisum est, sed prudentis iudicis arbitrio relinquitur. Vid. I. O. WESTENBERG. Pandect. I, 3. 46.



stimaret, bona fide peccasse, iustumne erit et aequum, novum in eo seueritatis exemplum edere? Vix putauerim, nisi lex antea denuo publice fuerit proposita, aut cohortationes ad obsequium ei praestandum praecesserint. Equis a ciibus, conditionis praesertim inferioris, facile expectet, vt in tanta hac legum copia omnium habeant notitiam, maxime si in ciuitate, cuius nunc membra sunt, non fuerint nati, sed aliunde aduenient. Haud quidem me latet, viuis aut aliquot iudicium negligentia incuriae abrogari legem haud posse. Hoc tamen remanet, illi, qui legem haud seruat mere ciuilem, quam aut plane ignorat, aut, postquam diu obseruata et in usum deducta haud fuit, abrogatam existimat, dolum imputari, ideoque poena saltem ordinaria plecti eum haud posse. Qui aliter statuit, is arbitrio iudicis fenestram aperit, ciuiumque fortunam aleae exponit. Cum, vt CAESAR de B. G. III, 10. ait, omnes homines natura libertati studeant, veniaene nonnihil meretur is, qui legem ciuilem ignorans, aut bona fide abolitam existimans, in re, lege naturali haud prohibita, libertate, quam sola conditio humana ipsi indulget, vsus est?

Ceterum in superioribus haud frustra haecce posui verba: *a iudice sciente atque vidente, propterea quod, quae clam atque furtim perpetrantur, delicta, siveque iudicem facile fuggiunt, nequaquam hoc pertinent.* Semper enim hic supponimus, iudicem legem aliquam neglexisse, quod, si admisum ipsi fuit ignotum, dici nullo modo potest.

Atque ex his de exemplis supra propositis facile poterit iudicari. Sane, qui aut furtum committit, aut leges castitatis seruandae causa sanctitas migrat, cum eiusmodi delicta plerumque clam perpetrentur, consuetudinis excusatione frustra vtetur. An autem in eum, qui legibus, contra quas quoti-

~~~~~

quotidie fere, et quidem impune, peccari vides, haud obtemperauit, his ipsis ex legibus, antea haud repetitis, animaduerti iure possit, aliis, me oculatioribus, iudicandum relinquo, iamque verbis C. G. RICCI in *Spicileg. ad Engauii Elem. iur. germ. pag. 14.* finio: *Hi mores, vtentium consuetudine alicubi recepti, si a via iuris civilis discedunt, id habent commodi, ut in poenis arbitrariis constituerit aliquando magis fere illis parcatur, qui non sine exemplo, sed ex consuetudine multorum peccarunt, si ex negligentia iudicis, qui delicti poenam aliquoties non exegit, iudicari possit, reos ignorantia aut spe erronea impunitatis deceptos deliquerint. Is enim, qui reliquorum imitatione vel consuetudine seductus ad delinquendum, non dolo tam insigni peccauit, atque adeo mitiori poenae aliquando locus esse potest h.*

h) Idem vna cum GROTIUS de I. B. et P. II, 20. 35, sentit PVFENDORF in I. N. et G. VIII, 3. 23. Accurate, inquiens, monet Grotius, in iudicis consuetudinem peccati facere ad minuendum delictum; quippe cum iudicibus considerandum sit, quantum culpa sit in singulis, quae sine dubio minor est, ubi quis velut torrente similia peccantium fuit abruptus, rel. Atque hinc sapienter IVSTINIANVS in praef. Nou. 161. Non tantum decenter leges ferre summo bono est, sed etiam sancta accurate custodire, et ad effectum deducere, transgressoresque competenteribus poemis subiungere. Quae enim legum erit utilitas, si in litteris duntur constant, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se praebeant? Bene P. SYRVS:

*Aegre reprehendas, quod sinis consuescere,  
Inuitat culpam, qui peccatum praeterit,*

neq; non AMBROSIUS: Nonne, cum eni indulget indigno, ad prolapsonis contagium prouocat uniuersos? Facilitas quippe veniae incitavum tribuit delinquendi. Ceterum scripsit nuper Cel. I. C. ERXLEBEN Progr. h. tit. Potestas criminalis circa frequentiam delictorum in disceptationem vocata, Marburgi 1789. quod tamen ad manus meas haud peruenit.

## CAPVT III.

*De proxenetis nonnulla.*

**V**etus verumque dictum est: *Qui sibi ipse haud sapit, nequidquam sapere videtur.* Nec minus sana docet ratio, eum, qui sua ipse negligentius curat negotia, frustra sperare, fore, vt eadem diligentius carent alii. Haec qui paulo accuratius mente secum agitauerit, aequius, spero, iudicabit de iustitia legum quarundam, quae imperitis videntur iniquissimae, nec trita offendetur ICtorum regula: Damnum, quod quis sua culpa sentit, haud sentire videtur. Exemplum sequens praebebit species.

Titius, egens pecunia, mutuum sumere necesse habet, cumque id sine pignore inuenire haud posset, chirographum publicum mille imperialium summam continens, in manus dat Caiae, additis precibus, vt eo oppignorato certam sibi pecuniae summam conficiat. Caia cum hanc ipsam aequis conditionibus haud inueniret, chirographum, iisdem additis precibus, tradit Sempronio. Hic aliquem Iudeorum ex gente adit, ab eoque, pignori oposito chirographo, mutuam accipit pecuniam, acceptam Caiae, Caia autem Titio reddit. In finu gaudere iam Titius, nihilque laborare, aut sciscitari, quis demum sit creditor suumque in manibus habeat chirographum. Praeterlapsis aliquot annis, adita Caia, vt dissoluto mutuo suum sibi pignus reddatur, postulat. Caia itidem, quis verus sit creditor, nesciens, a Sempronio pignoris redditionem petit, tempusque ducendo Titium, sua interposita fide, iubet esse securum. Hic autem

tem cum acerius instaret, Caiaque a Sempronio, vt, penes quem pignus sit, sibi patescat, flagitaret, tandem reficit chirographum suum in manibus esse Iudaei cuiusdam, qui saepius adpellatus diem ex die duxerat, tandemque eonvasatis rebus suis fuga salutem petierat. Contremiscere ad hunc nuncium Titius, diuque, quomodo consulat rebus suis, deliberare. Denique, consulto aliquo iurisperito, contra Caiam ad pignus reddendum actionem mouere constituit. Sed ecce! re in item deducta, tandem absoluitur Caia, Titiusque iacturam facit chirographi sui. Ecquis iam vociferari, iusque iniustum omnibus modis accusare? Titius puta, quippe qui persuaderi sibi non patiebatur, haud iniuria causa se cecidisse, damnumque hoc sua ipsius culpa ortum esse. Cardo rei in eo vertitur, proxeneta, cuius partes Caia isto in negotio sustinuerat, de dolo tantum, an de culpa quoque, iis, quibus adsuit, teneatur? Et diserte in l. 2. D. de proxenect. ait VLPIANVS: Si proxeneta interuenierit faciendi nominis a), vt multi solent, videamus, an possit quasi mandator teneri? et non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet nomen. Idem dico, et si aliquid philanthropi nomine accepert; nec ex locato condicio erit actio. Plane si dolo et calliditate creditorem circumvenierit, de dolo actione tenebitur. Quodsi igitur proxeneta nihil, nisi dolum praefstat et calliditatem, qui quaeſo in proposita specie de Caia queri poterat Titius, quippe qui ipſe negotium ſuum admodum egerat negligenter, planeque incuriosus ex Caia, quis demum mutuam dederit pecuniam pignusque in manibus habeat, quaerere neglexerat. Scire praeterea illum oportebat, mulieribus securitatem promittendo

a) Deest hic, vt ſaepe aliib, verbum *cans* f. *gratia*, quod in scriptis veterum Iectorum haud raro subaudiendum eſt. Vid. C. H. ECKARDI *herm. iur. I*, 3 §. 99.



tendo pro aliis intercedentibus paratum esse Sci Velleiani auxilium, frustraque Caiam, rem Titii apud creditorem salvam fore, adpromisisse. Ceterum, quicquid fortasse restat dubii, illud omnino cum puluisculo sublatum, spero, erit rationibus, sententiae, qua Caia absoluatur, subiectis. En verba ipsa:

Würde Beklagte vermittelst Eides erhalten, und daß sie, als ihr der geklagte Steuerschein eingehändigt worden, wasmaassen sie das verlangte Darlehn nicht aus ihren eignen Mitteln hergeben, sondern, um solches zu erlangen, bemeldten Schein anderwerts verpfänden werde, Klägern bekannt gemacht habe, schwören, so hat letzterer dasjenige, so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemaßet, wie recht nicht erwiesen, derowegen Beklagte von der angestellten Klage zu entbinden und loszuzählen; die beiderseits aufgewandten Unkosten aber sind gegen einander aufzuheben.

Obwohl Beklagte, den geklagten Steuerschein empfangen zu haben, nicht ableugnen können, sowohl inhalts der Zeugen-Ausfrage ad art. — vor denselben zu stehen versprochen, und als Kläger selbigen zurück verlangt, mit der Sprache nicht sogleich herausgegangen, sondern jenen immer unter dem Anführen, daß sie gut davor sei, zur Gedult verwiesen, nicht weniger, daß Kläger hierbei nur auf Beklagte gesehen, und lediglich ihr mehrerwehnten Schein anvertrauet habe, fol. — behauptet werden wollen, endlich auch Beklagte, daß derjenige Jude, bei welchem der Schein eigentlich versetzt worden, die Flucht ergriffen habe, fol. — selbst anführt, und daß bei diesen Umständen selbige vielmehr gebetener maassen zu verdammien, als nach vorgehenden Reinigungseide von der Klage zu entbinden sei, es sich ansehen lassen möchte;

Dennoch

—————


Dennoch aber und dieweil testes reprob. ad Art. — einstimmig versichern, dass Beklagte, wasmaassen ein anderer das Geld hergebe, gesagt, hiermit auch die Zeugen-Ausfrage fol — übereinkömt, daraus aber von selbst folget, dass Beklagte bei dem von Klägern gesuchten Darlehn bloß als Proxenet gehandelt, und jener darein, dass sie den streitigen Schein anderwerts versetzen möge, gewilliget, demnächst testis reprob. I. ad Art. — dass er selbigen erhalten und 300 Rthl. darauf erborgt habe; unbewunden eingeräumet, da hingegen Kläger, dass Beklagte bei diesem Handel betrüglicherweise verfahren habe, keinesweges dargethan, gleichwohl ein Proxenet oder Makler, daferne er nur nicht betrüglich handelt, den durch ihn vollzogenen Handel zu gewähren, oder davor zu stehen keineswegs verbunden ist,

*I. z. D. de proxenet.*

daneben das von Beklagter beschehene Versprechen, vor den Schein zu stehen, auf eine Bürgschaft hinausläuft, und eine Intercession, dergleichen Beklagte außergerichtlich und ohne Vormund rechtsbeständigerweise nicht unternehmen können, zum Grunde, mithin Kläger, dass er bei der Sache nicht vorsichtiger zu Werke gegangen, sich selbst beizumessen hat, nicht zu geschweigen, dass letzterer inhalts der Zeugen-Ausfrage — den Schein von dem Juden, bei welchen er versetzt, mit 300 Rthl. einzulösen, sich bereits erklärret, auch letztern Gestundung gegeben, folglich, wenn selbiger endlich unsichtbar worden, solches Beklagter keinesweges beigemessen werden mag, und wenn schon diese, wo eigentlich der Schein versetzt, nicht sogleich bekannt gemacht, dennoch solches seiten ihrer eine Verbindlichkeit, den Schein nunmehr herbeizuschaffen, nicht bewürkt, immassen es Klägern freigestanden, wider Beklagte deshalb,

D

dass



dass sie ihm den Pfandinhaber bekant machen solle, in Zeiten zu klagen, wozu noch kommt, dass Beklagte anfangs, wo der Schein vesetzt, selbst nicht gewuft, sondern inhalts — N. ihr solches erst ein Jahr nach beschehener Verpfändung gesagt, bei diesen Umständen also Beklagte so viel, dass sie zu dem ihr zuerkannten Eide, um dadurch dasjenige, was am Beweise ihres Anführrens annoch ermangelt, vollends zu ergänzen, zuzulassen, und solchenfalls von der erhobenen Klage loszuzählen, allerdings vor sich hat, rel.

Non finiam hoc caput, nisi antea de proxenetis, quorum de honorariis singularis in D. est titulus, (*Lib. L. Tit. 14.*) paucula adiecerim. Sunt scilicet proxenetae homines, qui in emtionibus, venditionibus, commerciis, contractibus conciliandis, ministerium suum et operam interponunt. Haud admodum honorifice de iis iudicasse videtur **VLPIANVS** in *l.3. D. b. t.* *De proxenetico*, inquiens, *quod ei sordidum, solent praesides cognoscere, sic tamen, ut et in his modis esse debeat et quantitatis, et negotii, in quo operula ista defuncti sunt, et ministerium quale quale accommodauerunt.* *Facilius, quod Graeci ἐρυνετικὸν appellant, peti apud eos poterit, si quis forte conditionis, vel amicitiae, vel assessoriae, vel cuius alterius huiuscemodi proxeneta fuit.* Sunt enim huiusmodi hominum, ut tam in magna ciuitate, officinae. *Est enim proxenetalium modus, qui emtionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis vitiles non adeo improbabilis more se exhibent.* Nae verba *quod et sordidum — operula ista — ministerium quale quale — huiuscemodi hominum officinae — non adeo improbabili more, satis, ni fallor, docent, vile quodammodo VLPIANO visum esse proxenetalium ministerium.* Idem sensisse videtur **SENECA Ep. 119.** *Opus erit tamen tibi creditore: ut negotiari possis, aes alienum facias oportet: sed no-*  
*lo*

❧

*lo per intercessorem mutueris, nolo proxenetae b) nomen tuum  
iaccent. Felicem profecto! qui mutuam sumere haud cogi-  
tur pecuniam, aut, si quando in hanc necessitatem incidit,  
proxenetarum saltem ministerio eam in rem haud indiget.  
Sanè, qui non modo amicis, qui sua sponte credere velint,  
sed fide etiam ipse apud alios destituitur, facile in laqueos  
hominum lucrum captantium, aliorumque crumenis insidi-  
antium incidit.*

*Ecquid autem sibi volunt verba all. I. 3. Si quis forte  
conditionis, vel — assūrāe — proxeneta fuit? Quisquis  
sermonis veterum Ictorum vel parum gnarus est, illi statim  
succurret, conditionem saepius ponī pro conditione nubendi,  
vt Praeses iam alibi (*Aduersar. Libr. III. c. 3.*) monuit.  
Legi hanc in rem etiam meretur I. c. STIGLITII diss. de  
necessitate patris conditionem filiabus quaerendi, Halae 1757.  
Est igitur proxeneta conditionis idem ac conciliator coniugii s. matrimonii, quem vulgo einen Eheprocurator voca-  
re solent.*

*Ad verba assūrāe proxeneta quod attinet, notum est,  
iudices, in litibus a praetore datos, plerunque aduocasse ali-  
quot Ictos, quorum consilio ea in re vterentur c). Ita e. g.  
in causa P. QVINCTII, qui TVLLIVM habuit defensorem,  
a praetore iudex datus fuerat c. AQVILIVS GALLVS Ictus.  
Is autem tres in consilium adhibuit iurisperitos, P. QVIN-  
TILIVM puta, M. MARCELLVM et L. LVCILIVM, ceu  
docet IAC. FACCIOLATVS in Exercitat. in Cic. Or. II. pro  
P. Quinctio et S. Rojcio Amer. statim a princ. Quapropter*

D 2

assūr-

b) Eodem verbo vtitur etiam MARTIALIS X, 3. Vatiniorum proxene-  
ta frāctorum.

c) Conf. I. F. T. ROLLII diss. de adffessoribus magistratum Romanō-  
rum, Lips. 1787.



*affessurae proxeneta*, ni fallor, est is, qui alicui in aduocandis assessoribus operam suam aut ministerium accommodauit. Ceterum proxenetae iure hoc vtuntur singulari, quod praeflita pro opera proxeneticum, licet nihil certi promissum fuerit, actione extraordinaria petere possint *I. 3. D. b. t. l. 7. D.* et *I. 1. C. mand.* De *Senyalibus*, quos Galli *courtiers* vocant, nos autem Makler dicere solemus, erudita *I. G. SILBERRADII* exstat diss. in *BESEKII Thes. iur. camb.* no. *65.*

---

#### CAPVT IV.

*Femina, mutuum eo animo sumens, vt alii credere posset, an SCto Velleian. tuta sit?*

**S**Cto Velleiano, inquit *PAVLVS* in *I. I. D. ad SCtum Velleian.* plenissime comprehensum est, ne pro vlo feminae intercederent. Pertinent eo non modo fideiussiones, sed etiam mutui dationes pro aliis, quibus intercesserint feminae, vt ipsa SCti verba in *I. 2. D. b. t.* reliqua ostendunt. Quid autem mutui dationibus hic quaeso intelligitur? Scilicet intercedendo mulier obligationem alienam, eamque vel veterem vel nouam, in se suscipit. Illud fit fideiubendo, constituedo, nouando; hoc, ream ab initio pro aliis se constituedo, e. g. si cum alio contracturus mulieris fidem elegerit et ipsi pecuniam, quam alteri traditura sit, dederit. Atque sic mutui dationibus, quibus feminae intercedunt, nihil aliud significatur, quam mutuum ita contractum, vt pecunia mutuo data non ad feminam, sed ad alium perueniat.

His

=

His praemissis facile erit, sequente de specie iudicium ferre. Caia, filio pecunia egenti ut opituletur, mutuam sumit pecuniam, posteaque creditorum suum repetenti exceptio nem SCti Velleiani opponit. Quaeritur, locum hac in specie ista habeat exceptio, an mulier mutuum restituere creditori teneatur? Evidem haud dubito, distinguendum esse, vtrum creditor scierit, Caiam filio credituram esse, an hoc ipsuni ignorauerit. Illo casu exceptio SCti Vellei. locum invenit, hoc contra nequaquam. En verba PAVLI in l. 11. et 12. D. ad SCtum Vellei. Si mulier tanquam in usus suos pecuniam acceperit, alii creditura, non est locus SCto; alioquin nemo cum feminis contrahet, quia ignorari potest, quid adiuvare sint. Immo tunc locus est SCto, cum sit creditor, eam intercedere; in eamque sententiam aliquot abhinc annis respondit Ill. Ordo ICtor. Lipf, his verbis:

Dieweil Kläger fol. — nicht nur, dass A. das erborgte Kapital ihrem Sohne B. zugestellt habe, und dieser die Zinsen davon bezahlen müssen, selbst angeführt, sondern auch, dass ihm bei Aufnahme des Kapitals, wasmaassen B. selbiges zu Bezahlung einer gewissen Schuld anwenden wolle, gesagt worden sei, eingestanden, eben dieses auch durch die Zeugen-Auslage fol. — bestätigt wird, bei diesen Umständen also Klägern nach Vorschrift

*l. 12. D. ad SCtum Velleian.*

die Ausflucht des Velleianischen Rathschlusses allerdings entgegen steht, wozu noch kommt, dass selbst der fol. — befindliche Schuldchein in den Worten *ich Endesunter-schriebener*, dass nicht A. sondern deren Sohn B. der wahre Schuldner gewesen sei, zu erkennen giebt, dieser auch bereits fol. — in die Zahlung des geforderten Kapitals



samt Zinsen und Unkosten rechtskräftig vertheilet worden; So hat Klägers Suchen nicht statt, etc.

Quid autem sic faciemus l. 13. C. ad SCtum Vellei, vbi contrarium dici aperte videtur. Ita enim IMP. Si foenebris pecunia iuxta fidem veri a creditore tibi data est, siue tota quantitas foenoris, siue pars eius in usum mariti processisse proponatur, decreto patrum non adiuuaris, licet creditor causam contractus non ignorauerit. PETR. DE GREVE in Exerc. ad Pandect. loca difficultior, p. 317. ait: Si mulier ab initio tanquam in usus suos pecuniam acceperit, alii creditura, non iuuatur exceptione SCti, si creditor ignorauerit, eam intercedere. At si sciat creditor, eam intercedere, SCtum locum habet. Quae autem sua sponte pecuniam mutuam sumit in usum mariti, intercedere non videtur, adeoque SCtum non nocebit creditori etiam scienti. c. l. CRELL in diff. de mutuo feminae aliis crediturae dato, p. 29. opinatur, usum hic intelligi innoxium, quo sors ipsa conseruetur, e. g. si vxor praedium compareat vel suppellecitem, cuius usus deinde ad maritum perueniat, vel ipsam pecuniam administrandam ei committat. Mihi quidem neuter rem satis dilucide expediuisse videtur.

Aiunt IMP. Si foenebris pecunia iuxta fidem veri a creditore tibi data est. Quaeris fortasse, quid hic fides veri significet. Eadem dicendi forma occurrit in l. 5. C. de iniur. Si non conuicii consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes, fides veri a calumnia te defendit, et nihil aliud notat, quam quod dicimus ex vero, s. vt in l. 17. C. ad SCtum Vellei. legitur, veritatis substantiam. Pergunt Imp. Siue tota quantitas foenoris, siue pars eius in usum mariti processisse proponatur. Verbum processisse me admonet, vt hic mutui ab uxore ad mariti processum sumti mentionem faciam. Potest scilicet

vxor

❧

vxor marito donare ad processum, i. e. honoris s. dignitatis adipiscendae gratia. Qued, inquit in I<sup>o</sup>Cti in l. 40-42. D. de don. int. vir. et vx. adipiscendae dignitatis gratia ab uxore in maritum collatum est, etenim ratum, quatenus dignitati supplendae opus est. — Nam et Imp. Antoninus constituit, ut ad processus a) viri uxori ei donare possit. — Nuper ex indulgentia Principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus honoris causa; ut ecce, si uxori viro laticlavi petendi gratia donet, vel ut equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia. Fac igitur, uxorem eum in finem, ut maritus dignitatem aliquam adipiscatur, aut militiam b) emat, mutuam sumere pecuniam, eamque marito donare; aut fac, uxorem titulorum appetentia (TITVL OMNIA M nonnulli vocant) laborantem, ut maritus sibi (dulcique animae dimidio suae) titulum aliquem comparet, pecuniam mutuo sumtam expendere. Utetern postea contra creditorem SCti Velleiani exceptione? Nequaquam. Decreto, inquit in IMP. patrum non adiuvaris, licet creditor causam contractus non ignorauerit.

Summa igitur d. l. 13. hoc redit: Vxor, quae non fideiubendi aut intercedendi animo, non rogatu mariti aut creditoris, sed sponte et proprio nomine mutuum sumit, et si pecuniam in usus mariti expendit, creditorque hoc scit, SCto Velleiano haud adiuuatur c). Idem, ni fallor, ait ANTONI-

NVS

a) Quilibet sua sponte facile intelligit, nō processus hic positum esse progressus, quo significatu alius etiam locis occurrit. Vid. C. A. DVKE-  
RI Opusc. de latinitat. vet. ICtor. p. 433.

b) De militiis Rom. vid. I<sup>o</sup>S. AVERANII Interpr. iur. II, 17. Plures scriptores laudauit Praeses in Elem. iur. feud. §. 3.

c) Similiter ANT. SCHVLTING. in Thes. controu. Dec. 56. §. 7. Si mulier sua sponte suoque nomine pecuniam accepit mutuam, illamque in usus mariti spenderit, pura, aliquid emerit, familiam illius aluerit, aedificia refecerit, siue id fecerit donandi gratia, siue etiam negotiorum ipsius



NVS Imp. in l. i. C. b. t. Mulieribus, quae alienam obligacionem suscipiunt, vel in se transferunt, si id contrahentes non ignorent, SCro subuenitur. Sed si pro aliis, cum obligatae non essent, pecuniam exsoluerint, intercessione cessante repetitio nulla est. Quae cum ita sint, nihil sane causae est, quare d. l. 13. cum aliis legibus committamus, eamue a ratione iuris recedere statuamus.

---

### C A P V T V.

#### *De damno in re conducta a conductoris inimicis dato a conductore haud simpliciter reparando.*

Lapidatis nuper alicubi fenestris diaetae, quae ab inquilino quodam inhabitabatur, lis orta est inter dominum aedium et inquilinum super quaestione, quis fenestras ab hominibus petulantibus dicam an ferocibus, iisque ignotis, quassatas restituere teneatur. Inquilinus dicebat, casum, ut vel dupondii sciant, sentire dominum, neque ita posse dubitari, quin is ipse ad fenestras diaetae, alteri certa pro mercede locatae, restituendas obstrictus sit: si cesaret, se non modo mercedem haud soluturum, sed diaetam etiam, vtpote sibi inutilem, relieturum, damniique, inde orti, reparandi causa actionem contra dominum aedium instituturum esse. Hic contra reponebat, quidquid factum sit, nihil ad se pertinere: damnum

*ipsius gerendorum animo, nulla hic intercessio pro viro, quippe qui nulli alii hic debet, adeoque, licet sciuerit creditor, mulierem tali proposito pecuniam accipere, nihil hoc ipsi nocet. Conf. etiam LEYSER Spec. 169. med. 3.*

❧

daimnum datum sine controuersia ab inquilino reparandum esse, quippe cuius culpa praecesserit, quod vel inde pateat, quod non nisi fenestrae eius diaetae, quam inquilinus inhabitat, integris reliquis omnibus, quassatae fuerint. In aprico esse, inquiliini inimicos ideo lapidibus illum onerasse, ut vindictam ab eo sumerent iniuriasque sibi illatas vlciscerentur. Atqui damnum dedisse videri etiam eum, qui occasio nem damno dederit. En! noui generis item, qualis mihi quidem antea haud obuenerat. Poteft autem eadem quaefio aliis etiam in speciebus huic subsimilibus incidere. Finge enim, aedibus alicui locatis huius ab inimicis ignem subiectum, aut arbores in fundo locato succidas esse. Quis quaeſo, haud apparentibus iis, qui eiusmodi facinus in ſe admiferunt, ad aedes reparandas arboresque reſtituendas obſtrictus eſt?

Posteaquam fruſtra consului eos, qui ſpecies in foro obvenientes referunt, quibusque vi ducibus homines pragmati ci ſolent, incidi tandem in ANT. SCHVLTINGII *Tkeſes controuers.* librum paruum, ſed multis definitioni, deciſionum, consultationum ac reſponſorum collectionibus facile ſuperiorem, ibique p. 354. ſcriptum inueni: *Si ob odium vel inimicitias cum conducente daimnum aliquis in re conducta dederit, abſque alia conductoris culpa, non aliter conductor temebitur, quam si odio vel inimicitias illis cauſam dederit.* Ce do, inquis, rationem, ne hoc ipsum tanquam de tripode di cтum eſſe videatur. En l. 25. §. 4. D. loc. cond. vbi ita CAIVS: *Culpae ipſius (conductoris) et illud adnumeratur, ſi propter inimicitias eius vicinus arbores exciderit.* Ambigua hic quo dammodo videntur verba *inimicitias eius*, que tam de ini miciis, quas conductor, quam de iis, quas alius contra ipsum exerceat, intelligi poſſunt. De priore significatu, ut pote vulgari, nemo opinor dubitat. Sed posterior quo-

E

que



que exemplis consimilibus facile potest defendi. Ita *comuicia nostra*, *iniuriae nostrae* veteres apud scriptores passim ponunt videoas pro comuiciis, quae in nos iacta sunt, iniuriisque, quae nobis inferuntur. Legi hanc in rem possunt ARNTZENIUS ad Plin. Paneg. c. 36. VONCKIUS Leet. latin. pag. 40. et HEVmann ad Cic. Or. select. p. 296. Sed quidni tibi sufficiat l. 206. D. de R. I. *Iure naturae aequum est, neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiorem*; vbi sane alterius iniuria non est, quam alter infert, sed potius, quae ipsi infertur ab aliis. Enim uero in all. l. 25. D. loc. cond. *inimicitiae eius absque dubio sunt eae, quas conductor erga alios exerceat*. Quo enim iure inimicitiae ab aliis contra conductorem exercitiae simpliciter ipsius culpae adnumerari possent? Sed aī fortasse, haud facile alios nobis inimicos esse, nisi odium eorum iramque ipsi prouocauerimus. Aī falletris profecto, o bone! si rationes ita subduxeris. Notissimum enim est innumerisque constat exemplis, eos plerumque aliis esse inimicissimos, qui ipsi, nulla prouocati iniuria, primi alios laeserunt. Si mihi non credis, credes fortasse TACITO Ann. I, 33. *Odi causae aciores, quia iniquae; eodemque tendit vulgare illud Italorum proverbiū: Chi offendē, non perdona mai.* Te vero felicem, si id ipsum omni vitae tuae tempore haud expertus es!

Praeter d. l. 25. SCHVLTINGIUS *huc etiam trahit l. 66.*  
D. sol. matr. vbi IAVOLENVS: *In his rebus, quas praeter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum malum et culpam eum praestare oportere, Seruius ait. Ea sententia Publī Mutii est: nam is in Licinnia, Gracchi uxore, statuit, quod res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus erat* \*), *perissent, quia Gracchi*

\*<sup>o</sup>) C. GRACCHI seditionem suppliciumque refert quidem NIC. KLOECKHOF in bīb. iur. de bonis damnatorum (L. B. 1749.) p. 62. de l. 66. D. sol. matr. autem nihil adiecit.

*vbi culpa ea seditio facta esset, Licinniae praestari oportere.*  
 Erunt autem fortasse, qui *b. l.* ad speciem, de qua in praesenti querimus, haud omnino quadrare existiment. Agitur enim ibi de danno culpa mariti in rebus dotalibus, quarum ipse constante matrimonio dominus est, dato, ab eoque praestando, hic autem de damno in re conducta a tertio, haud sine conductoris culpa, dato; quae sane species nonnihil inter se differunt. Si quis tamen argumento etiam *d. l. 66.* hanc in rem vti velit, me certe nou habebit reluctantem. Ceterum, vt obiter hoc moneam, turbat interpretes, quod **IAVOLENVS** ea in lege ait, res dotales (earumque aestimationem) **LICINNIAE** praestandas esse, cum tamen **PLVTARCHVS** in *Graccho* p. 842. referat, ipsius etiam **LICINNIAE** dotem publicatam fuisse. Quapropter ad submouendam hancce difficultatem, viri docti varia comminiscuntur, quorum sententias legere est in **GEO. D'ARNAUD** *Vitis Scaeular.* ab **H. I. ARNTZENIO V. C. Trai.** ad *Rb. 1767.* in lucem edit. p. 54. Mihi autem **PLVTARCHVS A IAVOLENO** plane haud dissidere videtur. Hic ait, res **LICINNIAE** dotales in seditione periisse, earumque aestimationem ipsi praestandam esse. Hoc autem non impedit, quominus postea integra ipsius **LICINNIAE** dos, aut quod inde reliquum erat, seu iniuria, seu fortasse propterea, quod **LICINNIA** maritum, maiestatis reum, luxerat, publicari potuerit. Atque hoc postremum placuit **CORN. V. BYNKERSHOEK Obs. III.** 22. cuius sententiae plerique adstipulantur. Ego quidem, cum publicatio iniuria etiam fieri potuerit, pro certo hic aliquid affirmare non ausim.

Sed, vt ad speciem initio propositam redeamus, facit  
*huc etiam l. 41. D. loc. cond. vbi VLPIANVS:* *Sed de danno ab*  
*alio dato agi cum eo non posse,* *Iulianus ait: qua enim custodia*

E 2

conse-



*consequi potuit, ne damnum iniuria ab alio dari possit? Sed Marcellus interdum esse posse ait: siue custodiri potuit, ne damnum daretur, siue ipse custos damnum dedit: quae sententia Marcelli probanda est. Idcirco conductor ad fenestras restituendas non aliter teneri mihi videtur, quam si sua ipse culpa aliorum inimicitias sibi contraxerit, iisque occasionem derit; neque dubito, quin, domino aedium contra conductorem ad fenestras restituendas actionem mouente, ita iudicandum sit:*

Dass Klägers Suchen nicht stat hat, er könnte und wollte denn, dass der fol. — angegebene Schade durch Beklagten Schuld veranlasset worden sei, in Sachl. Frist, Beklagten den Gegenbeweiss, beiden Theilen die Gewissensrührung und andere rechtl. Nothdurft vorbehältlich, wie Recht erweisen, dessen genössle er billig; Ferner darauf zu geschehen, was Recht ist.

---

ULB Halle  
007 697 104

3



V  
D  
18





B.I.G.

Black



S E L E C T A

E IVRE VARIO

C A P I T A

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

P R A E S I D E

IOSIA LVDOVICO ERNESTO  
PVTTMANN

PRO OBTINENDIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

A. D. XXI. OCTOBR. MDCCXC

H. L. Q. C

P V B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I S U B M I S S A

A

I V S T O C H R I S T I A N O G V N T Z Z O  
ADVOCATO DRESDENSI

L I P S I A E

E X O F F I C I N A J A C O B A E E R I A

